

rum non tantum immobilium, sed etiam mobilium. Respondemus namque, esse intelligendam de bonis immobilibus, iuxta eundem prope modum loquendi d. l. 60. ubi, per que las cosas de los vnaesanos que son rayz, non vero de mobilibus. Appellatio enim, de las cosas de los vnaesanos, d. l. 4. in modum loquendi intelligitur, que son rayz, ut in d. l. 60, quae est prior, quam d. l. 4. Alias enim si ita generaliter, ut jacet, intelligenda esset, sequeretur inde, quod nulla mobilia, etiam quae seruantur seruari non possunt, non possent tutor vel curator alienare sine decreto iudicis: hoc autem esset manifeste falsum. Igitur necessario d. l. 4. accipienda est de alienatione rerum immobilium.

Deinde hoc idem probatur ex altera lege partitae, nemp. *de in princ. tit. 16. part. 6.* ubi, non denos los guardadores de cosas, ni vender ni quina de las cosas del vnaesano, q. sea rayz, &c. Nulla igitur lex partitae prohibet alienationem rerum mobilium minorum, quinimo eam expresse, indistincte, & generaliter permittit, ut vidimus d. l. 5. quae non loquitur eodem modo, quo iura alia communia praecitata. Dicta itaque lex qua tutores, distinguit inter bona mobilia pretiosa, & ea, quae seruantur seruari non possunt, illorum prohibet alienationem, sine decreto, horum permittit, sed d. l. 8. Regia indistincte & generaliter eam permittit, nec scio aliquam leg. Regiam praedicam distinctionem inducentem. Ergo vera est opinio Greg. Lopez.

Quinimo, nec iure communi ea distinctio, quatenus ad pignorationem rerum mobilium pretiosarum, & non pretiosarum, probari videtur in d. l. lex qua tutores, sed tantum quoad venditionem, ut patet. Praecipuus itaque, ut hic omnia (scilicet supradicta, & urbana praedia, mancipia, domus, balnea, horrea atq; omnia, quae intra civitatem sunt, ut in princ. illius legis) nulli tutorum curatorumve liceat vendere, nisi hac forte necessitate & lege, qua rusticum praedium, atq; mancipium vendere vel pignurare, &c. Verbum namque pignurare non refertur ad praedicta bona mobilia pretiosa, &c. sed comparative ponitur ad venditionem, vel pignorationem praedicti rustici, atq; mancipii, hoc est, quod bona mobilia pretiosa minorum, & cetera bona posita in principio illius legis, modo narrata, vendi non possunt sine decreto praetoris, nisi ob eandem necessitatem, qua in praeteritum licebat vendere, vel pignurare rusticum praedium atque in mancipium, vel in donationem propter nuptias, vel in dotem dare. Et hic est verus & literalis sensus d. legis, iuxta quem non probatur ibi, saltem in littera non licere pignurare bona mobilia pretiosa minoris: sicut conuenit fundamentum contrarium, etiam de iure communi: Est tamen quod ex vi comparationis praedicatae saltem colligi videtur, de iure communi, bona pretiosa mobilia minorum non posse pignorari, sicut nec praedium rusticum, &c. Et ita tenendum sit propter auctoritatem glossae, & Dd. hoc tenentium. Hanc tamen collectionem aut distinctionem rerum pretiosarum, & quae seruantur seruari non possunt, leges partitarum non probant, sed potius in distincte permittit d. l. 3. pignorationem rerum mobilium minorum sine decreto iudicis, dummodo mutuum, pro quo pignorantur, conuertatur in utilitatem minorum.

Nouit oblatetiam, quod prohibita alienatione censetur prohibita pignoratio & hypotheca, ut in iurib. sup. cit. quia ea iura loquuntur in alienatione rerum immobilium, non verum mobilium, & d. l. lex qua tutores, non loquitur hoc verbo alienationis, sed venditionis, quod procul dubio referri non potest ad pignorationem, nec sub eo comprehenditur, sicut sub verbo alienationis, quod est generale & omnem modum alienationis comprehendit, cum sine multi modi alienationis. At verbum vendere, est quaedam species alienationis, de qua ad pignorationem transitus non fit, ex vi saltem vocabuli, nisi expresse aliud dicatur.

Quinimo, & si dixerimus, in prohibitione alienationis comprehenditur non solum eam speciem alienationis per quam dominium transfertur, sed etiam pignorationem & hypothecam, ut probatur ex eadem d. l. 3. de verbis alien. non alien. quem text. ad hoc extollit Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 2. Insuper, de act. ad litem fortissimus textus in contrarium, cui oportet congrue respondere, ut superior conclusio sine difficultate remaneat, nemp. textus in l. 3. de fund. dot. ubi inquit textus alienationem intelligi, ex qua dominium transfertur, indeque Doctores colligunt, non dici alienationem, ubi dominium non transfertur. Idque magis probatur ex textu in leg. alienatum, §. ff. de verborum significationibus, ubi inquit Iuriscultus: alienatum non proprie dicitur, quod ad hoc in dominio venditoris maneat.

Ea tamen concordia inter haec iura communiter assignatur, nemp. ut dicta lex finalis intelligatur de alienatione largo modo accepta, cetera vero iura de alienatione proprie & stricte sumta, ita gloss. in d. l. in verbo hypotheca, & in d. l. in verbo, si autem, & in l. in §. ff. de legibus, & ibi eam notant Angel. & Alexand. consil. 29. num. 17. lib. 7. quam resolutionem, ut receptam refert etiam Felin. in rubric. de fide instrumens, num. 4. & Antonius de Fano de pignoriibus, 2. part. 3. membr. num. 71. sequuntur alii plures, quos refert Arias Pineda, in l. 3. in 3. part. sub num. 18. C. de bonis mat. ernis, ubi dicit receptum, & num. 19. affirmat, conflare ex numero scriptum hanc resolutionem glossae esse receptissimam, quamvis contra eam tenere videatur, dum dicit, quod vere obstat nimis dicta lex alii, quae loquitur indistincte de omni dispositione legis, vel hominis, & universali dispositio, comprehendit hypothecam & servitutum. Quod non ita indistincte diceret, si proprie alienatio non esset, & respondet ad d. l. 1. C. de fundo dot. quod in materia illius legis, & tituli de fundo dot. non tantum prohibetur alienatio cum translatione dominii, sed etiam sola hypotheca, ut in princ. Insuper, quibus modis alienat. lic. §. l. 4. ff. de fundo dot. Et ideo in d. l. 1. dum explicat alienationis verbum, cum translatione domini intelligi potest, quod non loquitur stricte, nec excludit, quum alio modo alienatio dicatur, tam ex dicta lege finalis, quam ex aliis iuribus in materia d. l. 1. non tamen respondet ad dictam legem alienatum, ff. de verborum significationibus quae multum urget, procepta resolutione: & ideo vera & tenenda videtur licet enim hypotheca continetur sub verbo alienationis, nihilominus hoc non tunc obtingere videtur ex vi & proprietate verbi alienationis, ut caveatur expresse in d. alienatum, quia res hypothecata in dominio hypothecantis manet, licet hypothecata recte dici possit, argumentum d. l. alienatum, quae ex mente disponentium, Unde quid dicendum sit in statuto prohibente alienationem alieni cuius rei, qui etiam hypotheca censetur ab eo prohibita, distinguunt Doctores inter verba legis & statuti, quid praecipue debeat intelligi, nihilominus tamen Arias Pineda, ubi supra, num. 20. recte resolvit, quod ipse magis attendere statuti rationem (Addetur, & mentem) & secundum ea iudicaret contra Baldum, & Paulum de Castro distinguentes praedictum modo.

Utuncque sit, de verbo alienationis, iure nostro partiarum attento, indistincte tenendum esse censetur, posse tutorem vel curatorem pignurare, vel hypothecare bona minoris mobilia, sine pretiosa, si non pretiosa, pro mutuo converso in utilitatem sui minoris, per omnia supradicta, iuxta opinionem Gregorij Lopez, contra Molinam. Et ita etiam affirmat tenet Joan. Baptista Villalobos in sua antinomia iuris civilis, & reg. lit. T. nu. 19. quamvis

quamvis de iure communi esset contrarium, ut praedictimus. Eandem sententiam Gregor. Lopez, & Villalob. tenet etiam Olan. in sua concord. iur. eadem littera T. num. 29. licet adjectet quod tutus faceretur, si cum auctoritate iudicis alienet, & quod ita censetur, nihilominus tamen non negat veram esse opinionem Gregor. Lopez. quinimo in puncto iuris eam probare videtur, & revera bene probata remanet. Fundamentum vero Molin. futile est.

Observandum tamen est, quod ad hoc, ut praedictum pignus, vel hypotheca super rebus mobilibus minoris ab eius tutore vel curatore constitutum validum sit, requiritur, quod creditor sit ex causa mutui, probet id conversum fuisse in utilitatem minoris, ut constat ex d. l. ibi inveniendi ad via en pro del moço los maraveas que tomare sobre los pennos, & in d. l. creator, ibi inveniendi rem que pecuniam mutuam acceptat, & in d. l. tutor, ibi in rem pupilli pecuniam accipit.

Sicut tamen minor non teneturolvere mutuum ejus nomine acceptum per tutorem vel curatorem, nisi creditor probet conversum id fuisse in minoris utilitatem, ut colligitur ex l. 3. quando ex fact. tut. & habetur in l. 3. tit. 1. part. 5. atque affirmat Bartol. & communiter Dd. in l. evitas, num. 19. ff. de cert. pat. teste Molin. Theolog. 2. part. de iust. & iur. disp. 300. col. 1. et. ver. sic. minor, ita nec bona illius ullam pignoris, aut hypothecae contrahunt obligationem pro eo mutuo, ut per eand. Mol. d. d. §. 321. colum. 1752. ubi quoad alios contractibus praeter mutuum tenetur creditor probare, conversum id fuisse in utilitatem minoris.

Quod si tutor vel curator rem aliquam suam pignori, aut hypothecae subscipiat in securitatem contractus, quem in favorem minoris celebravit, validum est pignus, aut hypotheca, tamen si minorolvere debitum non teneatur, eo quod non fuisset conversum in suam utilitatem. Ita disponit d. l. 2. ibi, perof. tit. 13. part. 5.

Si vero tutor vel curator, agendo negotium suum, & non minoris pignori subscipit rem minoris, invalidum est, nisi minor postea major factus 25. annor. consentiat ratumque id habeat, text. est in l. si minoris, C. si aliter pig. dat. sit. Et quod illud, quod tutor vel curator obligatus, esset resimio obliis talis minoris, sc. Molin. d. d. §. 331. col. 1752. ad fin. ibi quoad intelligendum est, esto, &c.

S U M M A R I A.

1 Debitor minoris, cui & quomodoolvere debet debitum, ut solvitur securus fiat, ne eum ab eo exigatur, & per totum capiat.

2 Solvens minoris debitum, quandoq; plenam, quandoq; plenariam, quandoq; plenissimam liberationem acquirit. Plenam consequitur liberationem debitor, quando ipsi pupillo solvit absq; tutoris, vel iudicis auctoritate, quo casu si soluta pecunia adhuc existat, nec consumata est, sed potius conversam in utilitatem minoris, datur debitori adversus minorem doli exceptio, quae se tuesur, & hoc ampliat, ut procedat etiam si pro eam pecuniam sit soluta, quae aliter erat emenda, perempta sit, negatur enim hoc casu in integrum restitutio minoris, sicut si minor ex hac pecunia solutione usus sit, quia pecuniam propter am dissipavit, quia tunc restituitur adversus praedictam solutionem.

3 Pleniorem liberationem consequitur debitor minoris solvens, quando cum auctoritate tutoris vel curatoris solvit, sed restituitur minor, si pecunia sua perditam, vel consumptam fuerit, vel culpa ipsorum, ut in num. 3.

4 Plenissimam liberationem consequitur debitor, quando solvit praecedente iudicis recepto, & tunc omnino liberatur, nec restituitur in integrum adversus eam tunc concessur, ut in n. 4. & quod requiritur ad hoc, quod solvitur fiat cum auctoritate iudicis probatur, num. 13.

5 Solutio rei alienae, vel personam, vel aliorum huiusmodi, quae pupillo vel adulto accedunt, non requirit auctoritatem iudicis, alio modo, & c. ut in n. 20.

6 Minor non restituitur adversus hereditatis restitutionem pro factam in tempore fideicommissi, atque iusjurandi, etiam si post factam restitutionem emerget damnus, ut in num. 7. restituit tamen potest tunc minor adversus agnitam hereditatem, si sibi damnosum esse intelligat, ut in num. 8.

9 Solutio debiti facta tutori vel curatori minoris nomine ipsius, quod sit valida & firma, ita ut adversus eam minor restitui non possit, etiam si pecunia soluta dependeat, late hinc probatur, & num. 12. q. ff. de fortissimis fundamentis, & num. 15. eam tenet auctor.

10 Laeso rebus in minoribus considerari tempore contractus, emergentia namq; post contractum ad eam rem non spectant.

11 Laeso in maioribus 25. annis, an sit ultra dimidiam iusti pretii necesse, tempus contractus attenditur.

12 Solutio pecuniarum tutori vel curatori, vel cuiuslibet successori, vel servo aliorum, profert solvens.

13 Solutio debiti facta minori etiam cum auctoritate tutoris vel curatoris, necessario requirit auctoritatem iudicis, ad hoc ut deperditam pecuniam non competat minori restitutio in integrum, aliam namq; ipsa competat.

14 L. 1. C. si adversus solutionem intellectus.

15 Sicut ex contrario, ibi ubi, quibus alienat, vel non, l. 1. sancimus, 25. C. de administratione tutorum intellectus.

16 L. 3. C. si tutor vel curator intellexit.

17 L. 4. tit. 1. part. 5. intellectus.

18 Debitor sciens qualiterem tutoris vel curatoris perditur pecuniam, solvendo ei non liberatur.

19 Debitor solvendo tutori vel curatori liberatur, quando tempore solutionis laeso ex auctoritate minoris contingerit, ut in exemplis hic positus, & num. 27.

20 Debitor solvendo minori etiam cum auctoritate tutoris vel curatoris, non liberatur omnino, quia nisi pecuniam pecuniam perdidit, ita ut ex ea non sit solutus locupletior.

21 Decretum iudicis non impedit restitutionem in integrum, si minor ex eo ledatur, & quomodo hoc intelligatur.

22 Compulsio iudicis, an sit necessaria, & quod debitor alleget creditorem minorem esse, & tunc ei non esse solvendum, vel sufficiat simplex auctoritas iudicis, & an tunc opus sit appellare a mandato iudicis, quando constat creditorem verum esse minorem 25. annor. num. 26.

23 Minor, an restituitur adversus solutionem a se inadhibite factam restituitur.

C A P U T XXII.

De solutione debiti minoris, cui, & quomodo sit faciendae, ut secure solvatur.

PERCERNO quid dicitur ser. todo ome que onere de ser. ser. la paga al menor de 25. ann. para hacerla de manera, que la non aya de pagar otra vez: e para ser ser. ser. de ser. de pagar lo que deveva el o al su guardador con otro mandamento del juez del lugar: e asi de otr. aguisa lo fiz. esse, e despues juzgasse los dineros que le fuesen pagados, o los mal metiese, o los perdiese en alguna manera no ser. ser. quito por ende del debito, mas fiz. sendo la paga con otro mandamento del juez.ador assi como sobredicho es, como quier que fiz. esse de spusu su danno de los dineros del menor de 25. annos, no ser. ser. tenudo el otro de pelos pagar, antes dez. annos que ser. ser. en todas guisas del debito. Esto mismo deve ser. ser. quando en la paga que se viole a ser. ser. al loco, o al de memoria, o al delgada dor la su bienes, o a quien fuese dado guardador, hac. el litem leg. 4. tit. 14. part. 5.

Jure tamen communi solvens minori debitum, quandoque plenam, quandoque plenioram, quandoque plenissimam liberationem acquirit. Plenam consequitur debitor liberationem, quando ipso pupillo solvit oblique tutoris vel iudicis auctoritate, quo casu soluta pecunia adhaerens, neque consumata est, sed potius conversa in utilitatem minoris, datur debitori adversus minorem de dolo exceptio, qua se tutetur, text. in § penult. Instit. quibus alien. licet vel non, in l. in pupillo, de usufructu, ubi gloss. ordin. & communiter Dd. in l. in pupillo, pro emt. Et ubi gloss. text. in l. 3. ff. commodat. quibus in locis hoc notant communiter Dd. post Bart. in l. verum, §. ff. de minoribus. Et hic primus casus ampliat ex dicta lege in pupillo, ut procedat etiam, quando res emta ex pecunia sic soluta, quae ad rem necellario erat emenda, peremta sit: licet enim hoc casu de praesenti minor ditior non reperitur, adhuc exceptione doli mali repelli potest: siquidem illam rem per emtam erat omnino emtura, quoniam, ut textus ille inquit, eo ipso, quod pauperior non est factus, locupletior est: quomodo textus hic intellexit gloss. in l. 3. verbo, sed mihi ff. commodat. & in l. ff. pro parte §. verum ff. de rem ver. & in l. verum, §. secundam, ff. de minor. & in d. l. in pupillo, C. pro emt. & in §. at ex contrario, verbo, locupletior, Instit. quibus alien. licet, vel non, ex quibus constat, etiam hoc casu negandum esse restitutionem, ut respicit Anselm. in princ. Instit. de auctoritate tutor. num. 5. quem adversus Bart. exigentem in specie d. l. in pupillo, quod res solt, nec peremta fit, sequitur Caldas Pereyra in repetit. leg. si curatorem habens, verbo, laffis, num. 57. ad fin. C. de integram restitutione minorum. Sivero minor ex hac solutione laesus sit, quia pecuniam perperam dissipavit, restituitur in integrum, text. in l. ait prator, in princ. ff. de minoribus, & in l. l. C. ad vers. solut. ubi gloss. & communiter Dd. ad notam teste Spirit. Oddo. qui alios allegat, & sequitur in tract. de restituione in integ. 2. parte, quaest. 52. art. 1. num. 1. Imputari enim debet debitori, quare scien-tem aliquid esse minorem, illi solvit: cum verisimile sit, quod pecuniam illam consumturus sit, quam conclusionem ampliat, & limitat pluribus modis Sfortia Oddo ubi supra per totum illum artic.

Plenioram tamen liberationem consequitur debitor minori solvens, quando cum auctoritate tutoris vel curatoris solvit tunc namque liberatur debitor, sed restituitur minor, si pecunia sit perperam, vel consumpta, & culpa ipsorum, l. Lucius, §. 7. in l. de iudicio, ff. de administratione tutorum. Ibi Paulus respondit, si debitor tutori gerenti talem rem solvissent, liberatos eos ipso iure a pupillo, & in §. ff. in eadem leg. ibi, tutoribus concessum est a debitoribus pupilli pecuniam exigere, ut ipso iure liberentur, & e. textus in l. l. C. ad vers. solut. qui loquitur in solvente curatoris minoris, & inquit textus, quod nihilominus in hac specie restitutio minoris causa cognita concedenda est: & ibi gloss. & communiter Dd. expressa lex Regia supra citata ibi, ea si de otia quis, & c. & tenet ac probat Anton. Gomez. 2. tom. var. respol. c. 4. num. 4. & probat late respondens contrarius Spirit. Oddo ubi supra, artic. 2. per totum.

Plenissimam vero debitoris minoris liberationem consequitur, quando solvit praecedente iudicis praescepto, cuius auctoritas efficit, ut omnino liberetur, nec restitutio in integrum adversus eam solutionem sit factam competat, nec concedenda sit, textus optimus in l. ait prator, §. 5. permittitur, ff. de minoribus, ubi, quid tamen si prator decernat solvendam pecuniam minori sine curatoribus & solventi, an possit esse securus, dubitari potest? Puto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum, sed credo praetorem hunc minorem in integrum restituere volentem, audientum non esse, & ibi gloss. verbo, in integ. rest. c. 177. prot. Et quidem prior pars praeterea distinctionis de plano videtur procedere.

integ. c. 177. n. 5. in princ. gl. etiam in l. i. verbo, potest, C. si adversus solut. in l. i. iusjurandum. 2. §. 1. ff. de iurjurandis, gl. in l. contra iuris, §. de pat. text. in §. at ex contrario, ibi, ff. & ibi gl. verbo, sententia, Inst. quibus alien. licet, vel non. Et haec est communis opinio secundum Menchac. lib. 3. contr. 70. vers. si sequitur, c. 67. num. 3. & comprobat Caldas ubi supra, n. 57. est communis & vera, secundum Spirit. Oddo 2. parte. de restitut. in integ. quaest. 52. art. 3. n. 20.

Quae communis sententia regulariter vera est, ut probatur in l. sancimus, 25. C. de admistr. tur. ubi tamen, ut prius sententia iudicialis, sine omni damno celebrata hoc permittitur: quo subsequenti si & iudex hoc pronuntia verit, & debitor per solverit, sequitur huiusmodi causam plenissima securitas, ut nemo in posterum in quietetur, & rursus in fin. ubi, sed si extraneus debitor, & ibi gloss. verbo, plenissima, hoc verum intelligit, si intervenierit tutor & iudex, si ve judex tantum, ut ibi.

Limitat tamen illa haec regulam in vers. non autem, in his solutionibus, quae vel redditis, vel ex pensionibus, vel aliis huiusmodi causis pupillo vel aucto accedunt, ubi gloss. verbo, ostendimus, inquit, non fieri extensionem illius legis, ut semper oporteat fieri, cum iudice, quia fallit in redditis & pensionibus, ut ibi, & in utrisque, ut in l. de constitutione, eod. tit. In his namque cum sola tutoris auctoritate solvens debitor liberatur, nec restitutio pupillo adversus eum conceditur, ut constat ex d. iis iuris, & tenet Molin. Theol. in 1. parte, de justit. & iur. disp. 224. col. 196. ubi, excepte.

Fallit etiam in casu sancimus, qua est pen. C. ad Treb. ubi communis schola scribentium docet, negandum esse minori restitutionem ad versus hereditatis restitutionem sibi factam vigore fideicommissi a testatore injuncti, & sicut sententia gl. in d. §. permittitur, verbo, impu. and. & in d. l. l. C. ad vers. solut. et quae communis sententia esse Corn. in d. l. sancimus, n. 2. Jacob. & aliorum, quorum meminit Menchac. ubi supra, n. 7. & Caldas ubi supra, n. 59. affirmat, ubi esse casum clarum, in quo solutus tutoris auctoritas sufficit ad obtinendam plenissimam liberationem. Specialis tamen est favore minorum, ut per Sahe. ibi, n. 2. & communiter Dd. secundum eundem, Caldas ubi supra, n. 61. ad fin. licet ibi alud probet, imo magis secundum iuris regulas communes hoc procedere, scilicet quia tempore restitutionis non intervenit laesio, sed postea.

Ex quibus inferri debet, in vers. inferitur etiam, non bene advertit Fulg. Paul. & Jacob. in l. i. C. ad vers. solut. quatenus limitans d. l. penult. C. ad Treb. non procedere, quando peteretur restitutio ex capite emergentis damni, post factam restitutionem, quoniam, ut praedixit huiusmodi damnum superveniens considerari non debet, sed initium, seu tempus contractus, ut late per Menchac. d. l. lib. quaest. forensis, cap. 67. colum. 2. ubi num. 8. cum iudicio ab opinione Fulg. Pauli, & Jacob. recedit, cuius contrarium prudeniter probat, quando laesio intervenit in ipsomet tempore factae restitutionis, quia videlicet ex integro hereditas non fuit restituta.

Non tamen procedit d. l. penult. quando minor, cui fuit hereditas restituta, auxilium imploravit tanquam adversus agnitam hereditatem, si sibi damnosam esse intelligat. Debet n. hoc casu illi succurri, per text. in l. i. ait prator, §. non solum, in fin. ff. de minor. & ibi gl. cum qua transeunt communiter Dd. & tenet in terminis Maur. de rest. c. 182. ad fin. & c. uo. & Acol. Cald. ubi supra, d. n. 62. vers. inferitur, c. l. 1. Supradictam distinctionem, plenae plenioris, & plenissimae liberationis & securitatis faciunt, & probat gl. pra. allegat, & communiter ubiq. Dd. & cum communis Ant. Gom. ubi supra, & Mol. Theol. 2. parte, de just. & iur. disp. 224. col. 196. in vers. §. Et quae communiter ab omnib. recepta, sec. Cal. ubi supra, n. 59. in ver. hoc gl. eamq. ad difficultatem defendit Maur. de integ. rest. c. 177. prot. Et quidem prior pars praeterea distinctionis de plano videtur procedere.

Secunda vero pars eam patitur difficultatem, quam movet Maurus ubi supra, c. 176. nam cum tutor, vel curator legitimam habeat bonorum minoris administrationem, sitque praestitutus, ut minoris tractet negotia, cui quaelibet efficacia, aut securitas, quam ei solvi potest, cum igitur commodius alteri fieri non possit, quare non cessabit hoc casu restituito, sicut enim, quae in debitorem dari debet, cui nihil imputari possit, cui difficultati non bene satisfaciatur Mauritius ubi supra.

Secundo contra praetata 2. partem distinctionis communis sic infurgo: solvens tutori, vel curatoris minoris ipso iure liberatur, l. Lucius, 47. §. tutela, ff. de admistr. tur. cum aliis supra citatis. Sed si restitutio in integrum tunc minori competere contra debitor, perempta postea pecunia, manere ipsi debitor illius & decepsus, qui leg. permittente tutori vel curatoris perfolvit, hoc autem absurdum videtur, & contra omnem bonam rationem. Ergo non dicendum.

Tertio, quia pecunia recte soluta tutori, vel curatoris, si postea pereat vel male consumpta sit, perit quidem petico ipsius tutoris, vel curatoris in cuius dominium transit, non vero solventis, argumento l. qui fortuitus, C. de pignorat. act. l. si legat. causa, ff. de verb. oblig. & l. quod tibi, cum ibi notatis, ff. de cert. per. & in specie notavit Bartolus, in l. si sine §. interposito, ad ff. ff. de admistr. tut. num. 4. & 5.

Quarto tamen quia secundum iuris regulas, laesio debet considerari tempore contractus. Emergentia namque post contractum ad eam rem non spectant, l. quod si minor, 25. §. non semper, ff. de minorib. l. verum, 12. §. secundum ff. de dot. s. ubi, neque enim ex eorum damni restitutionem indulget. Vnde Marcellus notat, si minor sibi servum comparavit, & mox decesserit, non debere cum restitui, & ibi silocuplet bere extiterit, & subite hereditas lapsa sit, cessare & in integrum restitutionem. Ex quibus, & aliis per Menchac. lib. quaest. forensis, c. 67. col. 2. adductis initium contractus, ad distractus attendendum esse. Nam si ex parte minoris contractus frugaliter factus est, & ex parte adversarii bona fides sine laesione interfuert, nihil amplius exoptandum est, quam vis ex post facto laesio enormis emergat, ut etiam probat Cald. ubi supra, n. 60.

Quod tamen in laesione maiorum ad sciendum, an ea sit ultra dimidium nulli precii, necne? observandum erit etiam, nempe, ut tempus contractus attendatur, ut patet, ex leg. 56. vericulo, orroffo, de z. moro, titulo 5. partia 5. ubi, que pudera valer in aquella faz, ozi que la copro, Quod iure communi probat Aymo Cravez, consil. 114. num. 16. & consil. 188. n. 4. Arias Pinel. in l. 23. par. 1. c. 4. num. 15. C. de refend. vend. & Reglanin. d. Valle consil. 19. n. 36. lib. 1. ubi ampliat in Ecclesia agente.

Sed licet, quod tempore, quo fit solutio per debitorem minoris ipsi tutori vel curatoris, nulla laesio contingit minori, cum recte ea ei fiat, & ita ipso iure liberatur debitor, ut supra probavimus: ergo quamvis postea tutor, vel curator perdat eam pecuniam, hoc non debet praebere causam restitutionis concedendae ipsi minori, contra d. debitorem iam liberatum, quia est quid contingens, & emergens post solutionem.

Quinto, & fortissime haec sententia probatur, quia in decernitione tutela vel cura, iudex concedit plenam facultatem, & mandat tutori vel curatoris ad exigenda omnia, & quaecunque bona, debita minorum, ut patet ex instrumentis eorum. Ergo iam solvitur eisdem auctoritate iudicis, & sic solvendo debitores debent consequi plenissimam liberationem sine metu restitutionis, alias deciperentur auctoritate legis, & iudicis, quod non est dicendum. Neque ex hoc aliqua laesio ipsis minoribus resultat, siquidem habent pro sui securitate obligatas personas, & bona tutorum, & curatorum, suorumque fideiussorum, qui in hoc potissimum acci-

piuntur, ut finita tutela vel cura, rectam rationem reddant cum solutione reliquorum. Quorum igitur restituenti sunt in integrum minores ad versus debitores sic solventes, tamen pecunia per eos soluta tutori vel curatoris minorum perdatur.

Sexto, tamen textus in leg. solutam, 49. versiculo, tutoris, ff. de solut. ubi inquit textus, restituitur, si soluta sit pecunia, vel curatoris, vel eulibat successoris, vel servus auctoris, profuisse ei solutio, & ratio est, quoniam, ut publica auctoritate constitutus est administrator bonorum minoris, ita & receptor eorum, quae illi debentur, & quoniam tutor aut curator tenetur tunc minori de debito, recte et minoris loco soluto.

Ideoque non immerito Menchac. d. lib. quaestio, n. forensis, cap. 66. num. 4. hanc sententiam veram esse putat, & in c. sequenti latius probat, contra communem adversus huiusmodi solutionem tutori vel curatoris factam, minime posse minorem restitui, eamque esse viorem & aequiorem affirmat Caldas, ubi supra, num. 61. in princ. & Molin. Theolog. in 2. parte, de inst. & iur. disputatione 162. col. 20. 25. in princ.

Nihilominus tamen communis sententia contraria (ut vidimus) probari manifeste videtur, in d. l. l. C. ad vers. solut. & in d. l. sancimus, 25. C. de admistr. tut. & in §. at ex contrario, Instit. quibus alien. licet, vel non ibi, ita licet restituitur vel tutoris debitorum pupillarem, solvere, ut prius iudicialis sententia sine omni damno celebrata hoc permissit, quo subsequenti, si & iudex pronuntia verit, & debitor solverit, sequatur huiusmodi solutionem plenissima securitas. Deficiente igitur hae sententia ad iudicis, pronuntia a contrario sensu, solutionem tutori vel curatoris factam non sequitur plenissima securitas, & sic competet in integrum restitutio pecunia perempta. Probatur etiam communis sententia in l. 3. C. si tutor, vel curat. quae generaliter disponit, quod adversus contractum cum tutore aut curatore gestum, potest minor restitui, in quo ille male negotium gessit, & sic quando laesio intervenit: sed & eadem communis sententia expressse videatur probari in terminis in d. l. Reg. in princ. huius cap. narrata ibi, a l. o. si guaradator conotor gamentis mandamentum del juez, del lugar ca si de otra quisa lo fissese, e despues pagasse los dineros que le justip pagados, o los malveriesse, o los perdiesse en alguna manera no seria quien pavende del deudo, & c.

Quibus iuribus si sufficienter satisfiat, fatebimur profecto, communem sententiam eisdem nilam probari, veram non esse, sed potius contrariam Menchacae, Caldas, & Molinae ex rationibus, de quibus supra, quid tenendum?

Ergo tamen quando solutio debiti sit minori, etiam cum auctoritate tutoris vel curatoris, verissimum esse proculdubio censeo communem sententiam, & tenendam, nempe, quod si pecuniam sic solutam minor perdat, competat sibi restitutio in integrum contra eundem debitorem adversus eam solutionem, nisi cum auctoritate quae iudicis facta fuerit solutio, iuxta formam dictorum iurium.

Quando vero sit solutio tutori vel curatoris, subsistit, & probabilius esse censeo, non competitur tunc minori restitutionem in integrum adversus debitorem solventem tutori vel curatoris, etiam sine auctoritate iudicis, licet pecunia soluta peremta & consumpta fuerit ex fundamentis supra pro hac parte adductis contra communem. Et haec opinio, quod communem tenenda, non obstant iura pro communi adducta, quibus satis sit, ut infra.

Ad tamen C. ad vers. solut. respondet Menchac. d. c. 66. post nu. 3. & cap. sequenti n. 2. & cum eo Caldas Pereyra, ubi supra, nu. 61. ad fin. nempe, quod quatenus ibi Imperator minori concedit restitutionem, sit sane intelligendus

Ab his omnibus recedit Caldas, ubi sup. nu. 65. in vers. ego aduerto. Et in alia est sententia, distinguens inter solutio nem factam tutori vel curatori. & solutionem factam ipsi minori, ut in illo casu sufficiat simplex auctoritas & permisso iudicis, quia ei solvi poterat, ut in d.l. sancimus. In hoc vero exigitur iudicis preceptum, & expressa compulsio, ut debitor liberetur, solvens minori absq; ullo restitutionis timore, quia minori solvi non poterat, & ideo certa tunc requiritur scientia premissis, quod creditor, cui mandat solvi, est minor, quae exacta diligentia cessat in casu d.l. sancimus, ubi agitur de solutione facienda tutori aut curatori, quae de iure permissa est. Non igitur corrigitur d.l. permittitur, per d.l. sancimus, sed potius hae iura diversis casibus loquuntur, ut est praedictum, quid tenendum?

Ego attento iure communi, modo proximam distinctionem probo, quae convenit literae illorum iurium: ratioq; differentia proxima est, siquidem quando solutio fit tutori vel curatori, praequam quod iure permittente hofit, iudex intelligit creditorem esse minorem, cum solvitur eius tutori vel curatori, quod cessat, quando minori fit solutio, vel saltem ignorari potest aetas minoris ipsius, & sic decipi facile potest iudex, non tamen per hoc intendo probare communem sententiam, quae habet requiri auctoritatem iudicis ad solutionem faciendam tutori vel curatori ad hoc, ut restitutio minori non concedatur, sed potius teneo contra eam, ut supra. Ceterum iure Regio indistincte videtur approbata prior sententia, nempe, ut simplex auctoritas, & consensus iudicis ita sufficiat, sicut eius preceptum, ut patet ex d.l. Reg. 4. quae loquens in solutione facienda minori, vel eius tutori, aut curatori, praecipit, quod fiat, eorum auctoritate, & mandamento del juez del lugar. Adhuc tamen, quando minori solvitur iudicis auctoritate, oportet, & necessarium est contradictio debitoris allegans, illum minorem esse, ac proinde ei non esse solvendum. Quod si, hoc non obstante, iudex praeeperit ei solvi, tunc securus omnino erit debitor ei solvens, alias secus, in xxi. dist. §. permittitur, ita tenet Anton. Gomez, ubi sup. dist. 2. tom. c. 14. nu. 4. in vers. quod tamen intellige, cum communi, de qua sup. in prima opinione, in qua non reperitur correctus d.l. permittitur. Neq; obstat generalitas d.l. Regia 4. quoniam in ea praesupponitur, & pro manifesta datur scientia iudicis minoris aetatis creditoris petentis coram eo debitum sibi solvi, sive per oppositionem ipsius debitoris, quod est securus & cautus, sive alias, ut constat ex d.l. 4. in prim. ibi, que deve fazer la paga al menor. Ad quid enim sub his verbis requiritur, illa consensus vel preceptum iudicis de solvendo minori debitu; nisi iudex admo neatur, & certioreretur de minori aetate illius creditoris. Et ita intelligo l. illam.

36 Ex quibus non admitto opin. Ange. in l. 2. in fin. ff. de appell. recip. tenentis, debitorem, cui iudex mandavit, minori solvere, debere ad superiorem provocare, si certo sciat, creditorem minorem esse, sic intelligentis d. §. permittitur, quatenus tenari creditore appellare negat, ut solum procedat, quando ille ignorabat creditoris aetate. Hae namq; opinio confanditur ex d. §. permittitur, ubi, puto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad

solutionem, nihil ei imputandum, &c. iuncto vers. fin. ibi, sed credo, &c. Praesupponitur enim in prioribus verbis, debitorem scire aetatem creditoris: siquidem cum allegavit minorem esse, & ita merito, illa ponitur sub titulo de minoribus, tamen Greg. Lop. in d.l. 4. in gl. mandamento, Angel. ubi supra, sequatur, cum tamen in d.l. Regia nulla mentio fiat de appellatione, & ita merito eos improbat, hanc nostram sententiam sequutus, Cald. ubi supra num. 67.

Ultimo observandum est, quod quoties tempore solutionis, etiam cum iudicis decreto facta, laesio intercessit, veluti si quid minus debito solvitur tempore aut loco, non est deneganda restitutio minori adversus praefatam laesionem, quam non excludit preceptum iudicis: siquidem in eo quoq; laesus fuit minor, ut recte adversus communem, quem retet, probavit, & tenet Mencha. d. c. 104. n. 3. lib. 3. quem sequitur Cald. n. 67. ad fin. & responderi Mencha. d. §. permittitur, ut loquatur de laesione post contractum contingente, secus de ea, quae tempore solutionis contingit.

Sed si restituitur minor adversus solutionem a se indebite factam, quia hae questio non concernit nostram materiam de tutelis & curis: sed potius illam de minoribus, eorumq; restitutione in integrum, quae est diversa, videndus est de hoc late agens per articulos Sfortia Odd. d. 2. par. de restit. in integ. q. 52. art. 4. cum seqq. & Cald. ubi sup. in numeris statim seqq.

SUMMARI A.

- 1 Exsequio regulariter locum non habet contra tutorem vel curatorem bona suorum minorum non possidentis pro debitis eorumdem minorum.
- 2 Tutor vel curator minorum, si bona eorum habeant, ea que non exhibeant, ut pignori capiantur, possunt in carcerem detru di, donec exhibeantur.

CAPUT XXIII.

An, & quando exsequio locum habeat contra tutorem & curatorem?

Propter a alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex bonis eius tenet, pignori capion oportet. Ita dicit l. i. c. quando sciem, vel privat. Non igitur fieri debet in bonis tutoris vel curatoris exsequio p debitis minorum, si res eorum non teneant. Idem probat rex. in l. 1. in princ. c. quando ex fact. int. ubi quod sententia lata contra tutorem vel curatorem finito officio non mandatur exsequutioni in eos, sed in dominum principalem, & regulariter denegari iudicati actionem in tutorem vel curatorem dicitur l. 4. in princ. ubi, tutor quoque, &c. ff. de re iudic. l. 2. in princ. ff. de administ. tut. & ibi DD. Specul. in tit. de reo, §. i. n. 11.

Si tamen quod bona pupilli habeat tutor vel curator, si ea non exhibeat, ut pignori capiantur, iure in carcerem detru di poterit, donec ea exhibeat, secundum Bald. in l. 1. c. quando scie, vel privat. Angel. Perus. in l. si vacantis, C. de bon. vac. lib. 10. & Anquet. in §. fin. n. 2. in str. de arb. quos refert & sequitur Parlador. lib. 2. rer. quorid. c. si. 4. par. c. 1. n. 1. ubi n. 2. an tutor, qui in rem pupilli obligavit, finito officio teneatur, & n. 3. de insittore.

Finis secunda Paris.



Dn. IOANNIS GUTIERREZ, IVRECONSULTI HISPANI PRAECLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIAE CIVITATENSIS,

Pars Tertia, DE TUTELIS ET CURIS MINORUM, Deque Officio & Obligatione Tutorum ac Curatorum & mercede ipsorum.

SUMMARI A.

- 1 Rationum reddendarum tutela vel cura administrata materia tota ex bono & a quo pendat, ut late hic declaratur.
- 2 Tutor & curator, eorumque heredes, finita tutela vel cura tenentur rationem reddere administrationis, & num seqq.
- 3 Administrator quicumq; rationem reddere tenetur sua administrationis, & n. 9.
- 4 L. 2. ut. 16. partit. 6. litera refertur, quae praecipit tutorem eiusq; fideiussores & heredes rationem reddere teneri.
- 5 Tutor vel curator ultra rationes reddere potest, nondum finito officio, periculo tamen tutela vel cura obnoxius remanet.
- 6 Tutores & curatores, si non reddiderint rationem finito officio, pona, quasi falsi tenentur, & contra eos iuratur in litem.
- 7 Tutor vel curator etiam non requisitus tenetur reddere rationem.
- 8 Procurator tenetur reddere rationem sua administrationis.
- 10 Administrator, qui de facto praeiurata iuris ordine assumptis administrationem bonorum pupilli vel alterius, tenetur reddere rationem.
- 11 Administrator cum mandato vel sine mandato, tenetur rationem reddere.
- 12 Negotiorum gestor tenetur rationem reddere de negotiis a se gestis.
- 13 Procurator ad lites & negotia, rationem reddere tenetur de gestis.
- 14 Ador univertitatis rationem reddere tenetur.
- 15 Exsequutores testamentorum rationem reddere tenentur.
- 16 Curatores ad lites rationem reddere tenentur.
- 17 Hospitales rationem reddere tenentur.
- 18 Heres gravatus per fideicommissum, rationem reddere tenetur.
- 19 Frater, qui existens cum fratribus in communi, bona communia administravit, rationem reddere tenetur.
- 20 Filius rationem reddere debet de his, quae vivente patre administravit.
- 21 Patrus tenetur rationem reddere de bonis maternis suis nepotis per eum administratis, & de fructibus eorum, alias poterit iurari in litem per nepotem contra patrurn pro ratione eius, quia sua interfit.
- 22 Administrator rei communis cum alio, tenetur et reddere rationem administrationis.
- 23 Mater tenetur reddere rationem administrationis bonorum filiorum suorum.
- 24 Pater, quando non est legitimus administrator bonorum filiorum, tenetur eis rationem reddere de gestis.
- 25 Pater ubi dolo administravit bona, in quibus erat legitimus administrator, tenetur rationem reddere.
- 26 Pater cessante dolo de culpa alias in administratione, cum sit legitimus administrator, rationem filio reddere non tenetur.
- 27 Tutor, curator, vel procurator, rationem administrationis reddere tenetur etiam post longum tempus 20. an. & usq; ad 30. ann.
- 28 Tutor vel curator in reddendis rationibus debet exhibere inventarium & librum rationis, & alia plura facere & ostendere, quae hic continentur.
- 29 Consuetudo non valet, quod tutor non tenetur reddere rationem.
- 30 Administrator & eius heredes, tenentur semper statim requisiti rationem reddere.
- 31 Administrator, qui libet negotiorum gestor, factor, ac procurator ad negotia, tenetur libros facere, & rationem quolibet anno reddere sua administrationis, alias poterit contra eum in litem iurari.
- 32 Liberati per testatorem a reddendis rationibus administrationis, an & quando, & de quibus eas reddere teneantur, latissime hic agitur cum pluribus n. seqq.
- 33 Pater, cui est relicta gener alia liberata ab actione tutela per filium, non tenetur reliqua restituere. Idem est in scero, qui patris locum obtrinet, & in patruo ratore relicto a nepote, & in matre nutritrice, non tamen in extraneo, ut in n. 34. nisi concipiatur legatum, ut in n. 35.
- 36 Reliqua, & dolo, an & quando per testatorem administratori censentur remissa etiam in futura administratione, ut in n. 37. & n. 38.
- 39 Dolo futurae administrationis etiam expressim remitti non potest.
- 40 Dolo in administratione in omittendo commissus, facilius censetur remissus.
- 41 Dolo verus nunquam censetur remissus, nisi ut hic, quod verum est de dolo praeiurati: scilicet de futuro, ut in n. 42.
- 43 Remittens in contrarium administratori suo ea, quae malefecit, videtur etiam illi remittere dolum commissum.